Prognosticon astrologicum 1597.


1458

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

LN 1458 II
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

19 154 17

Prognosticon Astrologicvm Anni M. D. XCVII.

In quo præterea ad ſingulos dies cuiuſq; menſis maximè inſignium fixarum cum Planetis annotantur ortus & occaſus, ad horizontem Hafnienſem collati.

1914. 24098

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

LN 1458 II
M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

MAGNIFICO AC GENEROSO VIRO DN. ARNOLDO HVITFELDIO de Odiſberg, inclyti Daniæ regni ſenatori ac Cancellario: Domino ac fautori ſuo honorando.

MAGNIFICE & generoſe vir, cum nuper ſermo inter nos de Academicis exercitijs incidiſſet, tuq́; ephemeridum meteorologicarum m[illegible]ſta mentione pro tua autoritate obtinuiſſes, vt opera mea exercitia illa in noſtram redirent Academiã id omnino faciendum mihi putaui: ne aut judiciũ tuum contempſiſſe, aut voluntatem neglexiſſe, aut demum ipſe mihi defuiſſe viderer. Cum verè

alia.

alia me aliò auocarent exercitia: id ſecundum erat, vt negotium illud alicui ex auditoribus ac diſcipulis meis cõmitterem: qui & præcepta Aſtrologiæ communia percepiſſet, & ductum meum ſecuturus, ea induſtriâ ſuâ ac diligentiâ vſui ephemeridum annuarum accommodare poſſet.

Scio equidem prognoſtica hæc ſeuerioribus ingenÿs non probari: quod nec ſemper prædictis euenta reſpondeant: nec eadem ſit præcipientium doctrina, non vnus conſenſus. Sed nimium illi poſtulant, qui perpetuam momentaneorum poſtulãt veritatem: quiq; ratam exquirunt in fluxis iſtis & caducis conſtantiam.

Quis in rebus naturalibus modò anticipatas, modò retardatas ignorat maturationes? cui variæ tranſplantationes incognitæ ſunt: tanto in rebus crebriores, quanto eæ in mixtionis ac vitæ ordinibus rudimenta parciora obtinent. Quam ad rẽ Plinius & præcurrentem tempeſtatum ſignificatum & poſtuenientem, ac aliàs citius, aliàs tardius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

dius cœli effectum ad terram deciduum confeſſæ harum rerum obſcuritati prætendit. Nec quiſquam paullo prudentior, eum modum in arte gubernandi, in medicina, facultate oratoria & hujus generis alijs ſperauit vnquam: vt non aliquid interdũ à regulis præter cogitata eueniret.

Quod verò tractationis ac judicij diſparitatem attinet: ea neminem debet offendere: qui videat vel de rebus præſentibus ac præteritis magnam politicorum ac hiſtoricorum diſſenſionẽ: quæ inter homines erit, quamdiu erunt homines: quiq; attendat, quam in rebus etiã certioribus & mathematicis multa moueat & mutet magnorum ingeniorum fertilitas & audacia. Quæ ſi diligenter perpendantur, vtraq; potius animare debent & excitare juuenes ingenuos, quàm ab hiſce diariorum ſtudijs auocare. Quæ ſi non quicquã præſtarent, quàm quod varias configurationes, ortus & occaſus per annum multiplices, aliaq; eius generis corporum cœleſtium phænomena exhibe-

rent,

rent, conſenſui corporum vniuerſitatis obſeruando deſtinata: merito digna cenſeri deberet, in quibus operam ſuam ſtudioſi juuenes ponerent.

Itaq; ego, & monitis tuis, & meo conſilio ſatisfacturus, Iohannem Schröderum Alſenum Academiæ noſtræ ſtudioſum, & aliquot jam annos auditorem meum ac diſcipulum eò adduxi: vt de anni futuri ſtatu meteorologicè aliquid commentaretur ac prædiceret ex communi Aſtrologorum traditione, Res confecta eſt, & exiguo hoc libello comprehenſa. Qui quod te autore eò perductus eſſet, vt publici juris fieret, non debuit niſi ad te ablegari: vt autoritate tua conſcriptus, patrocinij quoq; tui fauorem exſpectaret. Ac cum viderim hactenus, te etiam in magnis Reipub. oneribus, heroico animo literarum ſtudia ſingulari fauore proſecutum: earum cultoribus beneuolo animo profuiſſe: non potui facere, quin Schröderum eiusq; ſtudia tibi commendarem. Cumq; te egregie in me animatum, ſtudijs meis fauere perſpexiſſem

ſpexiſſem, vel meo nomine, vel grati animi teſtificandi cauſa hoc loco ad te præfari & volui & debui: majorem in modum rogans, vt promouendis bonarum artium ſtudijs, earumq́ cultoribus deinceps quoque priſtinum conſerues animum. Vale ampliſſime Dn. Cancellarie, & communis patriæ commodo ad animi ſententiam annos viue Neſtoreos, meq́ tui obſeruātiſſimum amare perge. Hafniæ Anno M.D.XCVI.
Calend. Februar.

Mag. tuæ
addictiſſimus

Thomas Finckius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

DE GENERALI ANNI 1597 INFLVENTIA.

AStrologica huius anni cōſtitutionis diiudicatio, cum ſecundum præcepta Ptolemæi attenditur, ſummam juris dictionem et imperij faſces Mavors ſibi vendicat. Ipſe enim non modò directus, orient. Velox et fortis in præcipuis mundi revolutionibus: ſed etiam, ſi ſyſtemata conſiderantur, in lunationibus ſingulis primas obtinet. Ad huius autem regni ſui adminiſtrationem, et à conſilis aſciſcit Mercurium, non ſine inſigni teſtimonio Iovis, qui ipſis quoad dignitates proximus, plurimum juris ſibi arrogat. Ex horum igitur Planetarum natura anni conſtitutio potiſſimum, poſt divinam fati diſpoſitionem, dependebit, eaq; futura æſtimabitur in primis calida, ventoſa, ad ſiccitatem quidem inclinata, et ſerenitatibus referta: ſed ſubinde ad tempeſtates repentinas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

tinas, grandines procelloſas, et imbres, necnon ardores æſtivos, quos tonitrua et horrenda fulmina excipiunt, recurrẽs. Vnde frugibus calamitates, nautis ſubita naufragia, et hominibus aliàs in genere morbi, ex ſiccitate et caliditate oborti, cædes et incendia, aliaq; his ſimilia creari poſſe videntur. Nec deerit huic ſignificationi (quam tamen particulares cauſæ ſæpe exaſperant, vel molliunt) effectus eclipſis Solaris viſæ anno 95. 23 Septemb. quæ ipſis nonis Iunij anni 96 agere incipit, et durat ad nonas viciſſim Decembris anni currentis. Verum quia ♃, qui hominum generi ſalutaris, imperij conſors ſit, mitigabit ſuperiora, Martisq; turbulentiam et Mercurij laſcivientem inconſtantiam, aliaq; illorum opera pro virili ſæpius reprimet et retundet.

Hæc breviter de generali anni diſpoſitione dicta: nunc de intermediarum quartarum & lunationum ſingularum influentia ac ſignificatu porrò agendum. DE

DE TEMPORE HIBERNO.

HIbernum tempus ab ingreſu Sol. in tropicum Iupiter, ubi ☉ limitem ſui à nobis receſſus remotiſſimum figit, paulatimq; ad æquatorem aſcendit incipiunt Aſtrologi Id quod ſecundum ſupputationem Prutenicam, ex Ephemeridibus Iohannis Magini deſumptam, contingit anno præcedente 11 Decemb. H 11. M. 28 PM aſcendente 25 gr. ♒ & mediante cælum 24 gr. ♊ cum dextero humero aurigæ. & rubeſcente humeri Orionis. Quantum cæli poſitus hyberni contemplationem attinet, prærogatiua penes Mercurium Dominum aſcendentis & M. C. ac Saturnum juxta Horizontem, in □ Mercurij Conſtitutum, & diſponentem utriusq; Luminaris locum, eſſe iudicatur : ita tamen ut ♂ ab imperio non excludatur. Horum Planetarum natura & commixtio conſiderata, nec non alia neceſſaria, hyemem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

mem in primis inqualitatibus ſuis frigidã, obſcuram, nubilam, inamœnam, ventis & niuibus turbulentã, & tempeſtuoſam futuram præſigire videtur. Frigoris & gelu vehemẽtia, quæ incidet, diu continuè nõ durabit, ſed ſubinde in obſcuras nebulas, humidasq́; reſolutiones euaneſcet. Quã in re plurimum poterunt planetarum occurſationes, ſiderũq́; exortus & occaſus, quibus prædicta quandoq; exſtimulabũtur, quandoq; attenuabuntur. Cumq; ♃ in nouilunio proxime præcedente dominus ſit M. C. & diſponat locum Luminariũ, dies hybernos ſæpius ad ſerenitatem inclinaturos conteſtatur.

Cæterum quia ♄ in 12 in ☍ ſeptimæ & ſextæ, in □ Martis & Mercurij poſitus, paullo poſt regreſſum meditetur, plurimas generabit diſcordias & anguſtias, plurimasq́; corporis paſsiones, vt pote podagram, ſcabiem, aliaq́; cutis vitia, quartanã, pituoſos catharios ad pulmones & pectꝰ

dela-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

delabentes, tuſſes, raucedinē, & id genus alia, quæ ex defluxu humorum frigidorū exſiſtunt. Iupiter quoq; in domo mortis, in ſtatione ſecunda, diſpoſitor ſextæ, mor bos producet ex flatibus, aut fætore, aut putrefactionibus oriundos, quibus multi de vita periclitabuntur. Quia autem poſt paucos dies motum directum conſequitur, ipſeq; domum morborum ✶, & ♀ eandem per △ intuetur, mitiora omnia contingent.

Lunationes Ianuarij.

Tetragonus Lunæ decreſcentis 1. Ianuar. H 6. M. 42, AM. contingit ſub gubernatione ♂ & ♄ Cœlum gelidum, flatulentum poſtea ad niues procliue, flante Fauonio & Borrholybico.

1 ☉ or. cum ſtellis [illegible] ♀ or. cum ſin. genu ophin.

2 △ ♄ ☉ ♂ oc. cum ſeq. pal. mæ ſin, ophinchi.

3 ♂ or. cum præced. baſis trianguli.

4 ♂ oc.

4 ♂ oc. cum dext. genu ophin. ♀ or. cum
aquila
5 or. cum ſcapul. Andromedæ
6 ♀ or. cum lat. Delph. ☿ or. cum primo
ſpondylo corp. ♊.
Novilunij 7 Ian. H. 9. M 56. PM. rectores
ſunt ☿ & ♄ Flat ſubſolanus, & notapeliotes; aura obſcura, ventoſa, mixtis ſerenitatibus, mox ad nives & nebulas propendens.
7. acr. or. ſeq. fulg. cinguli Orionis.
8 ☉ oc. cum ſin. cubito Andr. & or. acron. aſellus bor.
9. ♃ oc. cum extr. mandib. ceti. ♀ or. cum
cauda Delphini.
10 acr. or. auſtr: enſis Orion. & pectus ♏
11 ♀ or. cum ſeq. Lucent. Corp. ♊.
12 acr. or. aſell. auſtr. ♂ or. cum nebul. ♋
13 ☉ oc. cum brachio Hercul. △ ♄ ☿
14 □ ♄ ♀ ☿ or. cum præc 3 in rictu ♌
Tetragono Lunæ creſc. 15 Ian. H 6 M 48
AM. Dominantur ♂ & ♄ Spirat notolybicus

bicus cum notapel. aura ad nives, obſcu-
ritates validos ventos, & frigus recurrit.
16 acr. or. dext. genu Orion. ♃ oc. cum
Vmbel. Pegaſi.
17 acr. or. procyon.
18 ☉ oc. cum dextr. hum. Hercul.
19 ♃ oc. cum pectore ♑ □ ☿
20 ♂ or. cum ſcapul. Pegaſi
21 ♀ oc. cum præced. Palmæ ſin. Ophin.
22 ♂ or. cum præced ſub ſin. manu ♐
Plenæ Lunæ 23 Ian. H. 9 M. 17 AM præ-
ſident ♄ & ☉ Serenum, flante Subſol-
no, aſperum & frigidum.
23 ♀ or. cum ſeq. in capite equul. præc.
24 △ ♃ ♀ ♂ oc cum Arcturo.
25 ♂ or. cum auſtr. cornu ♑ borealis.
26 Ma. oc. cum 1 in converſ. col. ſerp. ophi.
27 acr. or. auſtr. trium colli ♑
28 Ven or. cum nebuloſa dupl. Oculi ♐
29 ☌ ☉ Mer. & or. Mer. cum præc. & ſeq.
caudæ ♑
Lunam decreſcentem 30 Ian. H 3. M. 13.
PM.

PM gubernant ☉ & Ma. & innuunt auram variam tempeſtuoſam & nivoſam, ſæviente borrholybico.

30 oc. cum ſin. humero Engonaſi

31 acr. or Sirius

1 Febr ☉ oc cum aquila

2 △ ♄ Ma. acr. or. Regulus

3 [illegible]os. oc. Regulus

4 ☉ or. cum ſin. calcaneo Perſei.

5 ♃ or. cum exig. pleiad. Ma. oc cum Fomohant.

LVNATIONES FEBRVARII.

NOvilunio 6 Februa. H 10 M 2 AM præſunt Saturn. & ☿ cælumq; reddunt turbulentum, nebulis vel nivibus obnoxiū, inſequente gelu: flat notapeliotes ad ſubſolanum nutans.

6 ☉ or. cum ſeq caudæ

7 △ ♄ Ven. ♃ oc cum præc. cornu

8 Ven oc. cum Fomohant.

9 M. a. cum apice Trianguli.

11 ♃ oc. cum ſtellis in ſect. tranſtri navis.
12 Ma. or. cum dextr. brachio
13 Ven. or. cum apice Trianguli.
Tetragoni Lunæ accreſc 14 Febr. H 3 M 7 AM diſpoſitores ſunt ♃ Venus.
Reſolvitur frigus, aura fit mitior, notolybicus ſpirat, & nivoſam cæli faciem adducit.
14 ⚹ ♃ ☉ ☌ ♄ ☿
15 acr. or. lucida hydræ.
16 ♃ oc. cum extr. caudæ canis.
17 ☉ oc. cum ſeq. auſtr. Lateris Delph.
18 ♄ oc. cum præc. 3 inform. ſub chele auſt
19 ☉ or cum ſeq. cornu cum quo ♃ o.
20 ♀ or. cum extr. alæ Pegaſi.
21 Ma. or. cum extr. alæ Pegaſi.
Luna fit plena 22 Feb. H o M 9 Am. Duces thematis ſunt Ma. & ☿ Rurſus aura frigida, nivoſa vel obſcura, & ventoſa, quam frigoris aſperitas excipit.
22 Ma oc. cum capite Engonaſi, & Venus cum humero Hercul.

23 ♃

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

23 ♃ oc. cum extr. boreali caudæ Ceti.
Ven. oc. cum Lucida Coronæ.
24 ☉ or. cum præc. cornu 
25 acr. or. extremitas caudæ canis.
26 Ma. oc. cum dextro humero Engonaſi
27 Ma. oc. cum Lucida Coronæ.
Lunæ decreſcenti 28 Febr. H 10 M 3 PM. præficiuntur M: & ♃ Durat frigus. & nives minatur borrholybicus.
28 ♄ or. cum inform circa coll. hydræ, & cum extremitate caudæ canis.
1 Mart. acr. or inform circa coll. hydræ.
2 ☉ or cum priore contigua. ſub vẽtre 
3 ♄ or. cum auſtr in dext Lat, ſin alæ 
4 Ven oc. cum capite Antinoi.
6 Ma. oc. cum præced Caudæ 

LVNATIONES MARTII.

SYnodus Luminarium 7 Mart. H. 11 M. 3 PM. Celebratur ſub tutela Ma. & ☿ Ruunt venti tempeſtuoſiores ab occidente, ad ſerenitatem maxima ex parte propenſi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

7 acr. or. Lucida Coronæ
8 ♃ oc. cum ſin pede Orionis]
10 ♃ oc. cum ſcapul. Orion.
11 ♄ oc. cum ore ♌.
13 ☉ oc. cum Ventre Ceti.

DE VERE.

Aequinoctium Vernum, quo nox æquata diei, calculus motus ſolaris, ex tabulis Prutenicis deductus, reijcit in 11 Mart. H 3. M 9 AM exoriente 7 gr. ♌ cum nebuloſa dulplici, aliisq; quibusdam ſtellis ♊ M. C. occupat 20 gr. ♋ cum ſtellis de nat. ♄ p. Ma. Præſides revolutionis mundanę conſtituuntur Ma. & Ven. quibus in gubernatione ſe admiſcet Iupiter, Corpore applicitus Lunæ in manſione temperata, & Locum Luminarium ad imum cæli in præventionali Figura diſponens. Qui Planetæ Dominatores in aerijs, calidis & ſiccis exſiſtentes, ver temperatum, amænum, ad ſerenitatem & ſiccitatem maxima ex parte propendens, & naſcentibus propi-

propitium præſignificant. Quamvis interim aeris temperies ſæpe adulteretur; frigida & humida aura ſiue obſcura ac nebuloſa (ob Saturni in aſcendentem poteſtatem: qui etiam in præventionis Figura Retrogradus faſtigium cæli occupat) ſubſtituatur, et terra naſcentibus inimica ac noxia. Morbis omnino tempus vernum non carebit: Siquidem ♄ Dominus horoſcopi, in octaua Retrogr. quadrato radio Sextam inficit, & infirmitates de natura ſua, quæ multis mortem intentant, diſſeminat. Mercurius vero Dominus ſextæ, Melancholicos inducet morbos, graues capitis & cerebri affectiones, aliaq; ex abundantia humorum in eo exſiſtentium gignet. Quæ quidem mala operationes eclipſis Solaris hoc tempore plurimum intendere poterant, quia tamen benefici cum Marte ad gubernationem quartæ ſedent, & tempus vernum temperatum ſperamus, minus graſſabuntur.

Tetra-

Tetragonus Lunæ accreſc. 15 Mart. H 11. M 4 PM. Mars imperium ſibi vendicat. Habitus cœli cum præcedente cohærens Spiráte Zephyr ointermiſcentur imbres.

15 acr. or fundus crateris.

16 Ven. or. cum dextr. genu

17 Ma. oc. cum aquila Ven. or cum ſeq cornu

18 Ma. or. cum ſin calcaneo Perſei.

19 Iupi. or. cum præced in juba ceti.

20 Ma. or. cum ſeq caudæ oc. cum humero

21 Ma. or. cum auſtr. in Corpore

22 ☌ ☉ Mer. Ven. oc. cum ſeq. bor. later. Delph.

Plenæ Lunæ 23 Mart H o M 6 PM. diſpoſitores conſtituuntur ☉ & M. Cælum erit turbulentum, incumbente borrholybico pluvioſum aut nebulis obnoxium, præcipue circa 25 Martij.

23 V oc. cum auſtr. extrem. caudæ ceti.

25 Iupi. oc. cum fulg. in medio ſcuti Argi.

26 Sat.or.cum ſeq in extr.nauis Argo.
28 ☉ or.cum dextr.brachio Hercul & oc. cum nexu ♓
29 acr.or.Spica ♍
Luna decreſcit 30 Mart. H 4 M.36 AM. ſub Dominatu Ma. & Iupi. Aura fit ſerenior, idem cum ſuperiore flat ventus; cum converſione auræ ad gelidas noctes.
30 acr.or.hum.ſin.Engonaſi.
1 Apr. ♃ oc.cum dext genu Orion.
2 Mars or. cum dext.genu ♌ & or. acr. roſtrum Corui.
3 △ Sat. ♃ Sat.or.cum fulg in medio ſcuti Argi.
5 Ma.or.cum ſeq.cornu ♉

LVNATIONES APRILIS.

CONgrediuntur Luminaria 6 April H 1.M 6 PM. ſub præſidio Ven. & ☿ Notus & notolybicus aeris viciſſitudinē inducunt pluviis mixtam, at priore initio rem.

6 Mars

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

6 Ma. or. cum priore in auſtr. Spina ♌
7 ♃ oc. cum auſtr. & media enſis Orio.
8 ☌ Ven. ☿ Ven. oc. cum ſcapul. Pegaſi.
9 ♃ oc. cum utima clyp. Orion. Venus oc. cum ventre Ceti.
10 ♃ oc. cum octaua Clyp. Orion.
11 ☉ or. cum pleiadib.
13 ☉ or. cum auſtr. 3 Lucent. Frontis ♏
Creſcentem Lunam 14 Apr. H 5 M 7 PM diſponunt Venus & ipſa Luna, novamq; hyemem, validam tempeſtatem & variam pluvias aut cælum frigidum procreant.
14 ☉ oc. cum præced. cornu ♉
16 Iupiter oc. cum Sirio, & ☉ oc. cum ſeq. cornu ♉
18 Mer. or. cum anguſt. term. plejad.
19 acr. or. Luminoſior Lancis auſtr.
20 Iupit. oc. cum med. caudæ ♉ & Mer. or cum auſtr. pleiad.
Plenilunium incidit in 21 April H 9 M 33 PM. cuius Dominium Iupiter cum Vene, diſtribuit, & naſcitur aura gratior ac ſere-
na,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

na, flante borea ad frigus pruinoſum non nihil declinans circa finem.

21 ☉ or. cum exig. pleiad. Mer. or cum bor pleiad.

22 Sol. or. cum media 3 poſt flexum ♓

23 Cos. oc. Luminoſior lancis auſtrinæ.

24 ♃ oc. cum ſexta clyp. Orion. & or Ve. cum anguſtis. term. pleiad.

25 △ ♄ Sol.

2 Sol. oc. cum ſtellis, Orionis, & ♃ oc. cum priore fulg cinguli Orion.

27 Ven. or. cum anſtral. pleid.

Luna decreſc 28 April H 11 M. 56 AM. Gubernatio erit penes Ven. & ☽ Vnde ſequetur inconſtans aeris temperies, ad obſcuritates, ſiue pluvias & ventes potiſimum auſtrales inclinata.

28 Sol. oc. cum Sirio. & Ven. or. cum exig. pleiad

29 ♃ oc. cum med fulg. cinguli Orion.

30 Sol. oc. cum ſtellis Orion. ad finē huius Ephemer.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

2 May ♃ oc cum ſep.duar in extr. navis.
3 Mer.or cum præced in juba Ceti.
4 Sol oc.cum prima hyad ☌ ♃ Sol.
5 Me.oc.cum ſcapul Pegaſi.

LVNATIONES MAII.

DOminium nouæ Lunæ 6 Maij H 5. M 25 AM. Committitur ♄ & Mer. Cælum ab utriuſq; natura dependens, erit ſubfrigidum & præterea humidum vel obſcurum, flante Euro & notapeliote

6 Sol oc. cum 3 hyad. Ven.or cum pleiad exig
7 ♃ or.cum capill. Ceti, & oc.cum ſin.hu. Orion.
8 Ve.or.cum extr.bor.caud& ceti △ ♄ M.
9 Sol or.cum capill.ceti, & oc.cum 5 hyad
11 Ven.or.cum præc.in juba ceti.
12 Mer.or.cum nodo ☊
13 Venus oc.cum dext.genu Orion.

Imperium ſuper accreſcentem Lunam 14 Ma.H.8 M 25 AM. Soli & Mercurio defer tur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

tur. Inſtant venti Orientales ad boream declinantes, admixtis ſerenitati pluuiis quibusdam, dum Ve. per pleiades tranſit.

14 Iupit. oc. cum prima hyad ☌ Iupit. Me.

16 Mars oc. cum ſeq. in pectore Ceti.

18 acr. or aquila.

19 Venus oc. cum ſeq. fulg. cinguli Orion.

20 Ven. oc cum capill. Ceti, & oc. cum ſin hum. Orion.

Plenilunio 21 Maij H 5 M 23 AM præeſt Iupiter cum Mer. & ♄ Sæuit borrhapelio tes aerem commouet multipliciter, & rebus naſcentibus gravis exſiſtit.

21 Venus oc. cum prima hyad, & or acr. cor ♏

22 Mercuri. or. cum ſeq duar ad caudā ceti ☌ ☉ Mercurius

23 ♃ oc cum hyad 3 Ven. oc. cum 2 hyad.

24 Me. or. cum 2 hyad, & coincidit □ ♄ ☿

25 Ven. oc cum bor. pleiadum

26 Me. or cum pectore ♏ & Apol □ ♄ ☉

Tetragon Lunæ decreſc. 27 Ma. H 9 M 17 PM

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

PM contingit ſub præfectura Iuptier & Mars Cælum moderatum, calidum & ſerenum, coro & borrholyb Spirantibus.
27 Venus oc. cum anguſt. term. pleiad.
28 Mars oc. cum dext. hum. Pegaſi.
29 acr. or. crus Pegaſi.
31 Iupiter oc. cum pleiad. exig.
1 Iun Ve. or. cum præc. Luc. ante genu ♊
2 Iupiter oc. cum 2 hyad.
3 Sol. or. cum ventre ceti, & or. Ven. cum 4 hyad.

LVNATIONES IVNII.

INterlunio 4 Iun. H 8 M. 47 PM præficiuntur Mars & Mercurius. Aura benigna & amæna, ſed ad pluuias, ventorum flatus & obſcuritates recurrens, Zephyrus cum Africo præualet.
4 Mars or. cum anguſt. term. pleiad
4 Venus or. cum extr. manclib. Ceti.
6 Mercurius or cum capite Hercul.
7 Venus or. cum prima hyad. □ Sat. Ven,

8 Ven.

8 Venus or. cum Apoll. & Mercur. cum Fomoh.
9 Mars or. cum bor. pleiad.
10 Satur. or. cum fulg. in med ſcuti Argo.
11 Venus oc. cum procyone, & Sol oc. cum lucid.

DE TEMPORE AESTIVO.

Aeſtas Iunio, Iulio & Auguſto menſibus definita, â Solſtitio æſtivo initium capit, & hoc fieri 11 Iun. H 11 M 56 PM ſupputatio Aſtronomica indicat. Quo tempore, Supra Horizontem attollitur 20 gr. ♒ cum ☊ priore in ventre ♒ & Scapul. Pegaſi. MC. tenet 27 gr. ♐ cum gradu & cuſpide ſagittæ. Gubernatio æſtatis defertur Ioui & Marti, qui in præcedente nouilunio ſuffragiorum numero præſtát. Vbi Mer. locum utriuſq; Luminaris, hic vero nocturni tantum diſponit, vnde etiam nonnihil juris ſibi vendicat. Concluditur igitur Aſtronomice ſtatum æſtatis calidiorem & ſicciorem futurum, quem

tonitrua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

tonitrua & fulmina crebra cum intermixtis imbribus comitabuntur. Mercurius porro in ventis & tempeſtatibus ciendis intentus erit ſæpenumero. Cui generali conſiderationi particulares nonnihil derogare, ſolesq; humidos & pernitioſos matureſcentibus circa finem Iunij & in Iulio, cum Mars per pleiades iter facit, deſignare videntur.

Applicatio Lunæ Corporalis cum Saturno in ſexta, quam ipſa ☽ diſponit, admodum noxia exſiſtit, & ægritudines parit difficiles, Cardiacam, paralyſin, morbum caducum, icterum, febres, paſſiones ſtomachicas, pulmonarias, hiſq; ſimiles ex putrido ſanguine provenientes. Mars in Horoſcopo interceptus, Dominus octauæ, infauſto □ aſpicit ſextam, & generat febres acutas, & peſtilentiales, Apoſtemata ferventia, eryſipelata, dyſenteriam, aliaſq; calidas & ſiccas ægritudines. Ac quoniam in proprio domicilio, in angulo Ori-

entis

entis (in quo etiam erat in verna revolutione) exſiſtit, belli motus & tumultus, cædes, incendia, direptiones bonorum, deuaſtationes, aliaq; belli in commoda machinabitur.

Tetragon Lunæ creſc. 12 Iun. H 8 M 25 PM. Auræ moderatores Mars & Iupiter Soles æſtiui, ſereni, calidi, quorum quidam ad obſcuritatem & ventos pro cliues Coro & borrholxb. afflantibus.

12 Mars oc. cum capill. ceti.

13 Mars oc. cum ſin. cubito Androm.

14 Mars or. cum media caudæ 

15 Sol. oc. cum fundo crateris.

16 Iuptter oc. cum anguſt. term. pleiad & rubeſc. Orion.

17 Satur. or. cum ſeq: duar. in extr. nauis.

18 Sol. or. cum capite Hercul.

Oppoſitio Luminarium contingit 19 Iun. H o M 27 PM ſub oeconomia Mars & ☽ Ventus flat ab occidente & meridie, augetur calor Fulgura & tonitrua procreans.

19 Sol.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

19 Sol.or cum 6 clyp. Orion. Mer.or. cum aſell bor.
20 Mer.or cum media enſis Orion.
21 Sol oc cum roſtro Corui.
22 Mars or.cum exig.pleiad. Mer.or. cum aſel.auſtr.
23 Os ♌ or cum Mercurij.
24 Ven.or cum capite Hercul.
25 Vin.or cum 6 clyp Orion.
Tetragon. Lunæ decreſc 26 Iun. H 9 AM.
Domini coſtitutiones Mer. & Mars noua in aere ſeditio oboritur cum tempeſtate grandinoſa, vel pluvioſa, furente Zephyro
26 Cos. oc. Arcturus Sol or. cum 8 clyp. Orio.
27 Ma.oc cum ſin.pede Ori. Ven.or. cum Fomoh.
28 Sol.or cum 4 poſt interval.fluv.
30 Mercurij or. cum ſtella in med. corp. Leporis.
1 Iul. Mars or.cum præced in juba ceti.
2 Sol.or.cum rubeſcente hum.Orion.

2 Sol.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

2 Sol. or. cum rubeſcente hum. Orion.
3 Iupi. or. cum Luc. ante genu ♊. præced.

LVNATIONES IVLII.

SYnodum Luminaria celebrant 4 Iul. H 11 M 50 AM præſide Marte cum Iupiter & ☽ Cælum ſudum, calidum, ad tempeſtatem poſtea, tonitrua & ventos ab occidente in boream nutantes, relabens.
4 Iupiter or. cum ſeq. duar. ad caud. ceti.
5 Cos. oc Fomohant
7 Mars oc. cum ultima clypei Orion.
8 Sat. or cum auſtr. alæ ſin. ♍ △ Sat. Mar. □ Mars Mercurij.
9 Mer. or. cum auſtr. trium colli ♌
10 ☉ or. cum ſeq. fulg. cinguli Orio.
11 ♂ oc. cum 7 clyp Orion.
Tetragon. ☽ accreſc. 12 Iul. H 5 M 34 AM. Primas obtinet ☉ ſtipatus Marte & Saturno. Dies caniculares incipiunt, flat ſub ſolanus & notapel. auræ tonitruoſa conſtitutio pluvias admiſcens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

12 Mars oc.cum apice trianguli.
13 Mars oc.cum priore fulg.cinguli Orion
14 Venus or.cum med.enſis Orion.
15 Ma oc.cum ſeq.in extr.nauis ☌ So.V.
16 Sol.or.cum aſel.auſtr.
17 Iupiter or.cum oculo ♉ boreo.

Luna fit plena 18 Iul.H 7 M 48 PM. ſub Dominio Iouis & Mercurij. Calor in tonitrua reſoluitur, ſerenitas in pluuias & tempeſtatem degenerat, flat ventoſus borrhapel.

18 Os ♌ or.cum Sol.
19 Mars oc.cum 1 hyad. Venus or.cum genu Orion.
20 Sol.or.cum dext.genu Orio ☌ Ve.M.
22 Crines Beren.or.cum Sol.
23 Cos.ol.Lucida coronæ.
24 Mars oc.cum exig pleiadum.

Tetragoni Lunæ decreſc.25 Iul.H 11 M.24 PM.præfecti conſtituuntur Satur. & Me. Eadem cum priore cæli facies, Spirantibus Subſolano & notapel.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

25 Sol. ♌ oc cum ♄.
26 ☉ oc.cum aſel.bor.
27 ☿ or.cum procyone.
28 ♂ oc.cum quarta hyad.
29 ♃ or.cum 2 hyad. ♀ oc cum regulo.
30 ☉ oc cum capite Hercul.
31 ☊ oc.cum anguſt.term.pleiad.
1 Aug ♀ or.cum Sirio.

LVNATIONES AVGVSTI.

INterlunium 3 Augu. H 2 M 26 AM. gubernatores agnoſcit Iovem & Martem. Dies ęſtivi, ſereni, meſſiq; commodi, cum quadam auræ varietate incidente, & ad obſcuritatem inclinante, vigent venti bor.
4 ☿ or.cum dext.genu Orion.
6 ♂ or.cum Luc.ante genu ♊ præc.
7 ☉ or.cum tergo ♌ & oc.cum regulo.
9 ♃ or.cum præced.3 in gena ceti.
Tetragon. Lunæ accreſc. 10 Aug H o M 30 PM. imperio potiuntur ♂ & ☿ Auræ conſtitutio æſtuoſa, ad corruſcationes & ventos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

tos procliues. Flat Zephyrus, & ab auſtrali parte collaterales venti.

10 ♄ or.cum præc.3 inform.ſubchele auſt.

11. or.cum oculo ♉ boreo.

12 ☉ or.cum ſeq. duar. cum Beren.

14 Ma.or cum extr mandib.ceti & 2 hyad.

15 ♃ or.cum prima hyad.

16 ♀ oc.cum auſtr.3 colli ♌

Regimen oppoſitionis Luminarium 17 Aug. H 4 M 26 AM. ♀ & ☿ arripiunt. Vnde Soles temperati & mites, ventos adducentes ab auſtrali plaga, nec non tonitrua pluviis mixta. & ſic dies caniculares finientur.

17 Ma.or.cum præced in gena ceti.

18 Ma.or cum 1 hyad ☌ ♃ Ma. □ Ma. ♀.

21 ♃ or. cum pectore ♌ & Ma. or. cum Apoll.

22 Mar.or.cum 3 & 5 hyad. ☿ or.cum reg.

23 ♃ or.cum Apolline.

Decreſcentem Lunam 24 Aug. H 4 M 21 PM regit ☿ participe Marte, cælumq; red-

dit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

dit inamænum, tempeſtuoſum, obſcu-
rum, nebuloſum vel humidum, in ſereni-
tatem & ventos validiores deſiturum.
25 Os ♌ oc. cum ♀ ☌ ♄ Ven.
27 ♃ or. cum extrem auſtr. caudæ ceti.
28 ♂ oc. cum inform. circa caput hydræ.
29 ♄ or. cum bor. ſin. cruris Bootis ♃
cum 3 & 5 hyad. ♀ or cum Luc. Coronæ.
30 ☿ or. cum lucida hydræ.

LVNATIONES SEPTEMBRIS.

COongrediuntur Luminaria Sept. H.
4 M 7 PM Imperat Ma. cum ☿ Venti
procelloſi inſurgunt, in aeris ſtatum tur-
bidum, pluvioſum & importunum deſi-
nentes.
2 ☉ oc. cum Apoll.
3 Ven. oc. cum Spica ♍ □ ♃ ☿
4 ♄ or. cum prævindemiatrice.
5 Ven. oc. cum auſtr. in pede ♋
7 Ven. oc cum poſter. Femore ♌ □ ♄ M.
Tetragon. Lunæ creſc. 8 Sept H 6 M 7
PM. Gubernacula arripiunt ♃ & Marte.
Aura

Aura varia, tempeſtuoſa, ventoſa, modo ad pluvias, modo ad ſerenitatem recurrens. Circius & borrholyb. reliquis prævalent.

8 ☉ or. cum Arcturo ☌ ♄ ☉ □ Ma ☉

9 ☌ ♄ ☿ Ma. oc. cum inform. circa col. hyd.

10 Os ♌ oc. cum ☉ ☌ ☉ Mer.

DE TEMPORE AVTVMNALI.

Aequinoctium autumnale, quod apud Aſtrologos autumnum inchoat; contingit hoc anno 13 Sept. H 11 M. 4 AM. Conſtitutio cæli ad prædictum diem talis eſt. In aſcendente gr. 20 ♏ cooritur aculeus, & nonnullæ aliæ ſtællæ ♏ in quibus ♄ & ♀vis apparet. Ad M. C. pertingit 14 gr. ♌ cum ſtellis ♌ ♈ & Saturno, aſpiciente Lunam per ☍ in manſione temperata exſiſtentem. Reliqui Planetæ per calida & aeria loca diſponuntur. Mars cum Mer. potitur imperio, cuius partem ♄ & Ven. ex æquo, ſi conferantur dignitates quas autumnali tempore ſortiuntur, ambiunt.

In

In novilunio præcedente, quod contingit
in ♃ termino, Ma. & Mer. principatum
obtinent: ille enim à Mer. receptus, in ſig-
no horoſcopi habet exaltationem, & M.
C diſponit: hic vero in altitudne ſua, lu-
minarium ſynodo locum concedit Hic
cæli poſitus tempus autumnale vento-
ſum, & ad ſiccum quidem aeris ſtatum pro
cliue perhibet, ſed magna ſubinde in au-
ræ mutationibus inconſtantia incidet.
Saturnus enim elevatus ſupra reliquos
cum ſtellis Saturninis & venereis in □
Ma. nebulas, frigus & obſcuritates: com
mixtio vero Ven. & Mer. humidam & tur
bulentam nonnunquam ſuſcitabunt au-
ram. Verum Martialem & Mercurialem
influentiam prævalituram, credibile eſt.
Morbas quod attinet, ij potiſſimum erunt
de natura Ven. ex cauſa frigida & humida
orti. Coniunctio Ma. & ♃ in octaua, do-
micilio Mercurij, non Martialibus modo,
ſed & Iovialibus timenda, quibus acres

febres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

febres, aliæq; ægritudines ex aduſto ſanguine naſcentes imminent, eoq; magis, quoniam ♃ nodo per arcum inferiorem epcycli retrogradi decrevit, quod Mar. in principio Nouembris primum tentat.

Luna pleno lucet lumine 15 Sept. H 3 M. 8 PM. dominium ſibi aſſcribunt Ma. & ♄ Cœlum adhuc triſte, turbidum, frigidum, humido flante notolybico.

16 cos. oc. Venter Ceti.

18 ♄ or, cum arcturo.

19 Mar. oc. cum lucida hydræ.

20 ☉ or. cum calcan. dex. Bootis △ ♃ M.

21 Mer. or. cum anteced. alæ ſeq. corvi.

Tetrag. Lunæ decreſc. 23 Sept. H 11 M. 10 AM Ad gubernationem revocantur Ma. & Mer. ſiccior. ſerenior, & clementior aura producitur, ventis ab occidente in auſtralem plagam decumbentibus.

23 Ma. or. cum 1 poſt interval. fluv.

25 Cos. oc. extrema alæ Pegaſi.

26 Ven. or. cum capite Engonaſi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

30 ☉ or. cum dext. hum. Engonaſi.

LVNATIONES OCTOBRIS.

Luna fit noua 1 Octobris H 4 M 53 AM. præfectura ad Mer. & ♄ devolvitur. Rurſus cælum ex temperato fit hyemale, obſcurum, ventis ab Oriente excurrentibus & ad auſtrum declinantibus, pluvijsq; intermixtis turbulentum

1 Ven or. cum Luminoſiore lanc. auſtr.

2 ♄ or. cum lucida coronæ △ Ma. Mer.

3 Ma. or. cum capite Hercul.

4 Ven. oc. cum luminoſ. lancis auſtr.

5 Sol oc. cum 3 & ult. poſt interval fluv.

6 Sol. or. cum roſtro corvi. Mar. or. cum 6 clyp. Orion

7 Ven. oc. cum præc. lucent. corp. ♏

Tetragonus Lunæ creſc. 8 Oct. H 0 M 7 AM Regnum adminiſtrant Sol. & ♄ flat ſubſolanus ad borrhapel. declinans. aura frigidiore ad ſerenitatem potiſſimum pro pendente.

9 Sol or. cum extr. pede corvi.

10 Ma-

10 Ma.or.cum ſeq.auſtr.in corpore ceti.
11 Ven.oc.cum med. 3 lucent frontis ♏
12 tergum ♌ oc.cum Ven. & or.acr.capil ceti.
13 Dos oc.cubitus ſin Androm.
14 acr.or.pleiad.auſtr. Ma. oc. cum roſtro corvi.

Plenilunium 15 Oct.H 4 M 53 AM. Ven. & ☽ cum Ma. regnum ambiunt. Hinc urgente Zephyro madido cum notolybico, ex ſereno ſtatu ad obſcuritates ſive humiditates aeris fit tranſmutatio.

15 Cos.oc.pectus ♉ & pleiad boreal.
16 Ma.or.cum 7 clyp. Orion.
18 ma.or.cum Fomoh.& ſin.later ♊ ſeq.
20 Ven or.cum antec.in collo aquilæ.
21 Mer.or.cum auſtr.3 Luc.corp.♏
22 Ven.or cum bor.3 Lucent frontis ♏

Lunam decreſc. 23 Octo. H 6 M 42 AM. Ma. adjuncto ſibi Sole gubernat. Continue ijdem ſpirant venti, & aura prioris ſuboles viget.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

23 ♄ oc. cum ſpica ♍ Ve. ort. cum aquila.
24 ♃ or. cum tertia hyad.
25 ♃ or. cum 5 hyad. Ven. or. cum antrace
26 ♃ or cum extr, auſtr. caudæ ceti.
28 Mer. or. cum aquila Cos. oc dext genu Orion.
29 Cos. oc. med. & auſtr. enſis Orion.
Synodi Luminarium 30 Oct. H 4 M. 32 PM præſides eliguntur Ma. & Ven. Flat Africus cælo humidus obſcuro, ad nives diſpoſito. In hac ephemer. Cos. oc. ſtellæ Orionis.
30 Sol. oc. cum antrace.
31 Cos. oc Sirius Ven. or. cum hum. dext. Pegaſi.
1 Nov. Satur or. cum ſtol. ſub cing. ♍ in dex. lat.
2 Iup. or. cum pectore ♉ & oc. cum præ. baſis trianguli.
3 Mer. or. cum rhomb. delph. & aquila.
4 Mer. or. cum proxima lucidæ in ſcap. aquilæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

5 Sat.oc.cum auſtr.in pede [illegible]

LVNATIONES NOVEMBRIS.

Tetragono radio Sol Lunæ applicat, 6 Novem. H 7 M 47 AM. Aura ſub imperatoribus Mar.& Mer. præcedentis cæli veſtigia retinet, vento à cardine occidentis ad auſtrum ſubinde deflectente.

6 Ven.oc.cum dext.tibia ophinchi

8 Cos.oc quarta hyad.

9 Cos.oc.ſecunda hyad.

10 Cos.oc.pleiad.exig Iup.or.cum 1 hyad

11 Cos.oc pleiad.boreal.

12 Cos.o pleiad.auſtral. ☌ Sol.Mer.

Plenilumium 12 Nov. H 9 M 12 PM. Regnum adminiſtrant Sol & Iup. Aer vento Orientali & borrhapel fæcundus, cælo obſcuro, inclinante ad nives, mox inſequenti aura ſereniore cum gel.

14 Ma.or.cum ſin.lat. [illegible] ſeq.& Fomoh.

15 Ma.or.cum 7 clyp Orionis.

16 Iup.or.cum præced 3 in gena ceti.

19 Sol. or.cum aquila,& prox.luc.in ſcap.

20 Ven.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

20 Ven.or.cum nebul.dupl.oculi
21 Sol.or.cum lat.delph & auſtr in pedem
Luna decreſcit 22 Nov.H 1 M 39 AM. Me.
Sat. & Ven in adminiſtratione collegæ.
Dies tumultuoſi,frigidi,caliginoſi,& vere
hyberni,noto ad notapel decumbente.
23 Mar.or cum 6 clyp Orion.
24 Sat.or.cum poſter.femor Ven.oc.
cum arcturo.
26 Ma.oc.cum capite Hercul.
28 or acr prima hyad.
Congreſſus luminarium ſub Dominio Iu.
& Sol.29 Nou.H 3 M 14 AM Venti borea-
les aerem ſerenant,geluq́; procreant
29 acr.or.3 5 hyad.Apoll.pectus
1 Dec.☉ oc.cum áxilla
2 Cos.oc.procyon ♀ oc cum Fomoh.
3 acr.or.Venter ceti.

LVNATIONES DECEMBRIS.

Tetrago.Lunæ creſc.5 Dec H 6 M.20 PM
primarij gubernatores ♃ & ♂ Auræ præ
cedentis continuatio.At vento boreali ad
favo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

favonium defi ciente, cœlum fit namæ-
num, caliginoſum, vel effundit niues.
7 ♄ or. cum 2 ex 4 alæ ſin ♍
8 ♀ or cum extr alæ Pegaſi.
9 ☿ or. cum præced. luc. cor. ♏ △ Sa. ♃
10 ♀ oc cum dext. brachio Hercul.
11 Ven oc cum 1 inform. circa aquilam.
Plenilunium 13 Dec. H. 3 M 37 PM Mars
dominus figuræ, non excluſo Sa. & ☽ flat
udus notolyb. & ad cardinem occidentis
redit, deſcendentes nives gelu excipit.
13 ♃ or. cum oculo ♉ boreo.
14 Ven. oc. cum dext. hum. Hercul.
15 ♂ oc. cum roſtro corvi.
19 ☉ oc. cum nebul. dupl. oculi ♐
20 ☉ oc. cum dext. calcan. Bootis.
Lunam decreſc. 21 Dec. H 6 M 30 PM. di-
ſponũt ☉ & Sat. Frigus glaciale continu-
atur, at mox in nives reſoluitur, & ſurgunt
venti ab ortivo cardine ad auſtrum vacil-
lantes.
21 acr. or. Fomo. ♂ or. cum auſt. in cor. ♌

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

22 ♃ or. cum med oris ceti.
23 Ven. oc. cum capite Antinoi
24 Ven. oc. cum ſin. hum. Engon. ☍ ♂ ☿
27 ☉ or. cum cuſpide Sagittæ ♐
Vltimæ Synodo luminarium huius anni 28 Dec H 1 M 19 P.M præficiuntur Sat. & Mer. Subſolanns & borrhapel acrem ventilant, & ad ſerenitatẽ glacialem inclinãt.

DE FRVCTVVM EX TERRA NASCENTIVM PROVENTV.

Vere & eleganter inquit Cardan. aphori: Aſtron ſegm. 7 aphoriſmo 111. Annonæ & fructuum penuria, non ex anni principio, ſed ex aeris temperantia in humido & ſicco, vel inæqualitate, tum etiam ex plenilunijs, novilunijsve, ac ortu ſiderum & eclipſibus, tum maxime, dum ſingula florent, eſt exploranda. Quæ ſingula æſtimata una cum ſtellis dominatricibus in revolutionibus mundi, tempus frugibus naſcendis, & arborum fætibus idoneum ac haud infelicem Fructuum proventum denotare:

notare videntur: quatenus infauſtæ Planetarum radiationes, & aquilæ veſpertina fulſio circa plenilunium Maij; itiem occaſus cos. Arcturi in fine Iunij, & Martis per pleiades in Iulio tranſitus, non moliantur ſingulare aliquod detrimentum, quod à dominio eclipſis Solaris, factæ anno 95 in ſigno æquinoctiali & forma meridionali, imbres & tempeſtates de ſententia Ptolemæi portendenti, exſtimulari poſſit. Interim non diffidemus, naturam, piã rerum matrem, omnib9, in quibus ulla ſignificatio αὐταρκέιας apparet, ſatis fructuũ effuſuram in vitæ huius mortalis ſuſtentationen ad Dei gloriam. Qui faxit, ut annus hic novus felix nobis exoriatur, eumq; coronet benignitate ſua, veſtiat valles gregibus, & campos amiciat frumento, ac celebremus bonitatem ipſius in omne ſeculum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1458 8° volume 2